

fol. 172^r

Nikolaus von Wachenheim

[1441 Dezember]

[172r] ¹⁾Rectoratus secundus magistri Nicolai de Wachenheim sacre
theologie professoris

Anno domini m^o cccc^o xli in vigilia sancti Thome apostoli [20. Dezember]
5 facta congregacione doctorum et magistrorum per iuramentum ad eligen-
dum novum rectorem electus fuit magister Nicolaus de Wachenheim sacre
theologie professor, in cuius rectoratu acta sunt infrascripta etc.
Item anno etc. xlii dominica proxima post epiphanie [13. Januar] convoca-
vit rector prenominatus omnia universitatis supposita ad audiendum statuta
10 eiusdem singula supposita concernencia sub forma, que sequitur.

Rector universitatis studii Heidelbergensis

Vobis omnibus et singulis dominis doctoribus, magistris, nobiles, licen-
ciatis, baccalariis, scholaribus ceterisque nostre universitatis suppositis dis-
trictre precipiendo mandamus, quatenus hodie hora xii^a post meridiem con-
15 veniatis in scolis novis artistarum superioribus ad audiendum statuta sta-
tum vestrum concernencia sub pena iuramenti prestiti. Datum anno domi-
ni m^o cccc^o xlii die vii^a mensis ianuarii.

Qua intimacione sic facta rector prenominatus loco et hora quibus supra
fecit exhortacionem ad universitatem sub verbis „renovamini in novitate
20 sensus vestri“ scriptis ad Romanos xii¹⁷⁸ et in epistula diei supradicte do-
minice tunc, quibus deductis publicavit statuta, ut supra in principio libri
secundum ordinem sunt contenta et ordinata etc.

Anno quo supra feria 3^a post ephyphaniam domini [9. Januar] magister
Conradus Gummerynger rector precedens fecit computacionem plenam
25 de omnibus receptis et expositis et defalcata summa expositorum a summa
receptorum remansit predictus magister Conradus universitati obligatus xx
floreos cum xiiii denariis defalcatis vii florenis cum xv solidis denariorum
et novem denariis pro liberaria per eundem expositis remansit adhuc obli-
gatus xii florenos minus quinque denarios, de quibus in continenti satisfacit
30 domino rectori tunc presenti simul et presentibus dominis doctoribus et^{u)}
magistris Iohanne Wench^{v)}, Wilhelmo de Lyra, Iohanne de Mechelinea,

¹⁾Handw. A ^{u)}fehlt A ^{v)}Wynch korr. A

¹⁷⁸Rm 12, 2 (Vulgata: reformamini)